Primus etiam significat ordinem: quod nomen consequuntur Secundus & tertius: & deinceps alia eisdem ordinis nomina tamen multotiens significat principalē; ut hic nostræ ciuitati unus omnium primis: sæpe significat optimum; sed postremum in raro est oratorum usu.

Interdicio tibi hac re & non hanc rem: ut interdicio tibi aqua et igni. Plinius secundis in epistolis. Carent togæ iure: quibus aqua et igni interdictum est, nunc uero ad reliqua.

Neq; n. non initius omiserimus quod quæ nomina ad numerū spectant in eorum pluralibus genitiuis symcopam efficiamus id q; cum uisitatum est: tum ad exornandum orationem pertinet: ut mille nummum potius q̄ nummorum mille denarium: mille aureum tot milia argentum: & ita de reliquis: & in genitiuis nouēnū secūdæ declinationis frequenter efficiunt. Sed prosam scribentes & solutam orationē in nominibus solā numeros & mēsurā significantibus. Atq; numerorum nominibus eam plerunque seruamus consuetudinem. ut citra centenarium numerum: si quā do post uigenarin duo nūeri cōmemorādi sūt. eorū minor p̄cedat maior sequat̄. ut hic est unū & uiginti annos natus: duos & uigiuti annos uiximus.

Tres & quadraginta dies nauigaui. Quattuor & quadrāginta annorum consumpsi ætatem: sed ultra centenarium & citra uigenarim tritum ac uulgarem seruamus morem quod est sicut duo de uiginti nōnunq̄ dicimus & duo de triginta: ita & duo de uigesimum diē: & duo de trigesimum manifestū est sed non id quidē in frequenti est oratorum usu.

Quid in dies nomen pulcherrimus sermo est. At significat per singulos dies & quottidie. sed cum quodam incremento: ut tue in dies crescit uirtus. in dies hoies sapiunt; Stultorum hoium in dies augescit insania.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

In uerbis tam actionem q̃ passionem significantibus considera re debemus uarias uocum inflexiones atq; exitus & modo his: modo illis uti per aurum iudicio. ut fuere pro fuerunt: amarunt pro amauerunt uidere pro uiderunt. uidebere pro. uideberis no rim pro nouerim: & de aliis quoq; eodem modo. Sed nequid fiat contra grãmaticæ artis præceptiones ac iura prouidendũ est.

Quin particula quomodo uel increpet uel exortetur. item con firmet & quodãmodo interroget satis exploratũ ẽ sed ea nos pul cherime utimur cum dicimus Non possum quin gestiam: qui admirer: significat enim ferre. Non possum me continere ut non gestiam: Non possum me continere ut non doleã. Non possum me continere ut non admirer & ita de cæteris consimilibus.

Quid illud uonne præclarũ est usu. Locus est huic rei. Multũ loci est gaudeo. plurimũ loci est tranquillitati. Teren. &. n.

Daue nihil loci est ignitiæ significant omnia hæc: uel oportere non lætari uel tranquillos esse uel uoluptate affici uel non neligẽ tes esse ac segnes: & sic de aliis huiusmodi.

Nonnnnquam uero duo nomina sinæ præpositione addita siue non unius aduerbii uim retinent: ut magnope pro ualde: uel ma ximopere: uel maxa opera pro pluríma. Mirum immodum pro mirabiliter: & item mirandum immodum.

Sed ablatiui casus siue cum comertio præpositiõis sine eo ui ha bent aduerbii in primis significat enim præcipue & id græci dñt Atq; aduerbium ipsum sic ita appellandum est: perornate nomi nibus iungitur: in primis sapiens: in primis eruditis. sed ne ea pro posito digrediar paucis interdum pro paucum multis pro multũ utimur. Verũ hoc alio loco oportunius.

Ille etiam optimus modus est ut si quis dicturus sit quempiam habere aliquem honorem: seu magistratum siue. Imperium ex nomine honoris eiusmodi & gæro geris uerbo pulcherimam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

conſtituit orationem hoc pacto.

Hic eſt romæ conſul romū conſulem gerit. Prætorem gerit: & alia huiuſmodi. Ad hos. n. uiros rem cura atq; miniſtratio ptinet

Pulcherima ſermonis ratio: ut gerundiorum accuſatiuis præpoſita inter ſignificet tempus imperfectum indicatiui uel ſubiunctiui modi uel alterius & dum particula ut interambulaudū hoſtes offendi: hoc eſt dum ambularem: interlegendum ridebas. ideſt dum legeres & ſic pro uarietate perſouarum ita exponēdū eſt: ut in modo explicauimus. hic ſeruius in bucolicis Virgilii. interagendum dum agis intercœnādum hæc ſum locutus; ideſt dum cœnarem.

In pro erga & etiam contra pulcherime eſt accuſatiuo præpoſita: ut meus in te amor uel animus. Mea in te beniuolentia; ubiq; enim ſignificat erga. Iuuenalis inuehitur in Domiciaunm; Cicero habuit orationē in Catilinā. tibi. n. cōtra ſignificat.

Apprime pro ualde recte apponitur nominibus quemadmodum deimprimis ſupius dictū eſt. ut uir apprime nobilis.

Res nomē latū diffuſumq; ē. ſed eo pulchrime utimur adiectiuis noibus: poſſeſſiuis præſerti hmōi; ut cū dicit res bellica. res domeſtiea: & ſic de ſimilibus pariter: præſtolor uerbū quod poetæ accuſatiuo plærūq; iungunt. Ci. conectit datiuo.

Multa ſunt uerba; quibus pro eodem ſignificatione: & paſſiua utimur uoce actiua: & omittant pene innumerabilia. Cicero frequenter in his duobus mō paſſiuā mō actiuā uocē uſurpat. Aſſētior & aſſentio. ubiq; eadē cōſtructionis forma; & impatior ſeu impartio in cæteris aūt id fit multo rarius.

Vſu uenit ornatiſſime pro contingit. Vſurpatio & uſurpare ñ ita intelligi debent ut iuriſconſulti dicunt ſed uſurpationem oratores frequentem uſum uocant: & uſurpare uſu frequenti habere; Hæc res me deficit; eſt mihi. deeſt hæc res; & deficit me dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

uita quam primum mortales deficit; sed deficit hac re magis poe
tarum est.

Nunc autem ne ea quæ perutilia sunt: & ornatissima omitamus
intelligendum est quod quæq; nomina tertiæ declinationis tã no
minatiuum q̃ genitium singularem similes habentia. præsertim
si genitiuus pluralis in ium exierit qorum frequenter pluralis ac
cusatiuus in is terminari solet raro in es ut omnis pro omnes: im
mortalis pro immortales; Similiter ut ipse quoq; testatur Prisci-
nus in ns uel in rs terminantia: ut fontis & partis reliquis rarius
id fit quæ est poetarum uenia.

Quædam aduerbia sunt; quæ epistolis quam maxime congrũ-
unt: sicuti propediem; quamprimum pro cito confestim. & idẽ
postridie: quod multi litterarum ignari & grammaticæ artis ex-
partes exponunt post tres dies. sed ne tu eodẽ ducaris errore cre
de postride significarem postremo die & eo pacto. Marcus Cice
ro accipit & alii eruditissimi uiri. At si quis multa refere uelit pro
priore ponat primũ uel primo loco. utrunq; enim est in usu pro
secundo deinde uel secundo locõ pro tertio. tum uel preterea uel
tertio loco pro quarto quod perraro accidit ad hæc uel præterea
uel quarto loco in calce; postremum uel postremo & demum: sit
igitur huiusmodi exemplum. Tria sunt; que mihi magnam uolu
ptatem afferunt ptimum enim quod optimum amicum nactus
sum. Deinde autem quod singularẽ tuã erga me testificaris sæpe
beniuolentiã. Postremo uero qd te incolumẽ esse intellexi: Qua
in re id quoq; aiaduertendũ qd tres meminimus cõiunctiones re
cto atq; usitato ordine quæ sunt. n. aũt uero: Sed tu ipse hæc oia
ac multo etiã plura cognoris si Ciceronis scripta & i primis eius
epistolas lectitabis.

Memoriæ proditum est significat scriptum est multa enim ta-
lia ornatissime usurpant, uariis tamen significationibus; ut me-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

moriæ tradere mandare litteris; mandare ſcriptis màndare littera rum monumentis; idem fere ſignificant. Sed mandare memo-riæ aliud ſibi uelle uidetur.

Fallo uerbum tritum eſt apud Ciceronem: ut fallit me hæc res dicitur & fallit te ſpes; ideſt fruſtratur & decipit. Miſſū facere di mittere uenuſtum: & ornatum eſt. nam miſſam hanc rem facio ideſt dimitto; Ad hæc & in eadē oratione duæ hæc particulæ ne & quidem pulcherrimæ ſunt: nam componunt aut aliud dictū eſt aut id mente concipitur: ut ne audiui quidem: ideſt non uidi nec audiui. Philoſophiæ ſtudia zeno non modo nō iteremit; Sed ne remittit quod remittere nanq; philoſophiam eſt remiſſus phi-loſophari.

Sed ea quoq; adhibenda eſt diligentia; ſi quando plurima ponimus præſertim ſine culpa: qui articulus eſt: ut ſi idem ſignificare uideantur: quod uehementius ſemper collocetur in calce: ut tua uirtus laudanda: probandaq; eſt probare enim eſt magis quod ſit animi iudicio.

Magiſtratus diligere amare, colere debemus probatiſſimos uiros homines uerentur; obſeruant; admirātur; quæ turpia; obſcœna; feda; terra ſunt ea fugere & aſpernari debemus. Virtus offi-cii ſumma laus eſt: nam hēt officium acceſſionem actionis; ſed i his quoq; ordo quidam ſpectandus eſt q; ſi tria ſint quorum duo partem aliquam ſignat; tertium ſit commune; id profecto debet plærunq; in fine collocari; niſi ſe habuerit quodam generis modo tunc enim contra fit quod nuuc liquido ac perſpicue patefecero; ac prioris exemplum eſt. Omnis in adipiſcenda uirtute cura opera diligentia ponenda eſt. Eſt enī cura ſolius animi opera corporis diligentia utrunq; complectitur. Item plurimum in rempublicam induſtriæ laboris temporis ponendum eſt amicos conſilio, uiribus opera adiuuare debemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Alterius uero exempla ſunt non ſunt per ſe res commodæ expe-
tendæ diuitiæ uoluptates honores. commodo enim generis locū
detinet cuius ſpēs ſunt multæ: puta quas modo memorauimus:
atq; item animalia quæq; homines: equi: leones bonum uidētur
appetere ſed ut cunq; ſeſe res habent ſi multa ſint quod pluris eſt
poni debet in fine: iam uero ad alia.

Multotiens geminatio in quibuſdam tam uerbis infinitis quam
ad uerbis tanti ualet quanti id nomen ſimul & cunq;: ut quiſquis
pro quicunq;: quotquot pro quotcunq;: quantuſquātus pro quā
tuſcunque qualiſqualis pro qualiſcunq; utut pro utcunq;: ubiu-
bi pro ubicunq; & id aduerte diligentius. Accedit pro adiē tā
uſitatum q̄ pulchrū uideri ſolet: unde acceſſio aditionē deſignat
igitur accedit ad meas miſerias dolor: ideſt additur.

Confido alias datiuo alias ablatiuo caſui iungitur & in his po-
tiſſimum uerſatur: quemadmodum ſpectant ut confido tua uir-
tute tua humanitate: tuo conſilio & reliqua huiuſmodi.

Credo quoq; pro commito ornatiſſimum eſt: ut credo tibi mea
conſilia credo tibi grandem pecuniam: nam grande adiectiuum
probe uel ætati conuenit uel pecuniæ exemplum ſupra poſuim9
Sed hic grādior Neſtore uidetur: uidetur qd̄ Neſtorē antecedat
ætate: & hic eſt grandis natu grandiſſimus natu: ſignificat longe
uum hominem atq; admodum ſenem.

Et quia de natu mentio facta eſt maior natu ornatiſſime ſignifi-
cat ſeniorem ſicut minor natu ſignificat iuniorem.

Inſuper haud illepida ſit interpoſita nonnunq̄ in oratione atq; i
teriecta parentheſis: ut dediſti ad me quæ mea eſt ſumma uolu-
ptas ſuauiſſimas litteras Omnes amicos niſi fallor plurimum ad
miraris. Scire uelim ex te: ea nanq; amicorum ē conſuetudo: qd̄
nuper in. Marci Antonii cauſa egeris: & ita demum poſtulātem
noſtram orationem cuiuſmodi interpoſitionibus aſpergamus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Hæc res apud mẽ increbuit; ferre significat ad aures peruenire & notitiam rei significat.

Nescio hanc rem ignoro; me præterit; me ugit; me latet; huius rei nescius sũ ignarus sũ; hæc res sciam nostrã fugit;

Hoc restat; hoc reliquum ẽ ppulchre & magno cũ ornatu id ẽ significa; exemplũ est. Omnia tibi & natura & fortũa tribuit; reiquum est; ut bene & laudabiliter uiuas. Rumor est qđ uulgo dicitur; & cõmuniter dr̃ ornatus sermo est.

Accipere pro audire & cognoscere peruenuste dicitur; ut accipi rumoribus; quorum incertus est auctor; aut accipi homiuum fama; que certo continetur auctore; accipi nunciis quos uunci? & qui mittit̃ affert. accipi litteris quas ab amicis plærunq; accepimus; & in aliis item in consimilibus.

Pro noibus articularibus demonstratiuis cõsueuerũt oratores addere ce dictionẽ in his casibus qui in es desinũt euphonie cã ut hisce hosce hasce. pro his hos & has.

Sæpe præpositio quæ præponi solet postponitur. & significantia eadẽ manet in qbusdã semp que sunt mecũ tecũ secũ nobiscũ uobiscn; in qbusdã non semp ut quicũ quocũ quibuscũ. Te propter ac propter te idem significat & sic quibuscũ idest cũ quibus & in his potissimum ea præpositionum translatio sit; que modo enumerauimus.

Clam plerunq; præpositio est; & nonnunq̃ aduerbiũ. Sed oratores prepositionẽ potius accipiut; siue iungatur ablatiuo; ut uti Priscianus sentit siue accusatiuo qđ opinatur. Donatus; ut clam me profectus est. i. me nesciente.

Coram cum accentu in prima syllaba præpositio est & quid significet nemo est quid nesciat. cum accentu in ultima syllaba ad uerbum pulcherrimum est significans. ut ita dixerim præsentialiter quo frequentissime docti uiri utuntur ut apud. Maecum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Ciceronem Cupio tecum coram iocári: & córam tecum loqui.
Multa aduerbia in exeuntia etiam in ipsis epistolis pulcherima sunt. sed hæc in primis rurí: uesperí bellí: domí. Multa item in o ut sero erio. consulto postremo modo falso merito præcario: cætera uero in eodem exitu desinentia haud in frequenti sunt oratorum usu. In u pauca inueniuntur. ut díu cuius manifesta significantia est: Interdíu quod quasi est infra medíi díei tempus: & noctu pro nocte. quod magis nomen est unde die noctuque dicimus.
Nullus nulla nullnm nonnuuquam pro non præsertim cũ sum es est uerbo adiuncto. Vt nullus sum interii. Respublica nulla est quasi non est. Et extincta est idque etiam ornatissimum fuerit.
Præsto sũ significat adsũ. & sæpe: & fere appareo: & sic idã aduerbium eiusdem uerbi modis omnibus ac temporib⁹ peruenuste cõnectit in eadẽ quã mõ posuimus significãtia. ut p̃sto mihi fuit seruus tuus urbem ingrediendi.
Licet me esse bonum uirum: & licet mihi bono uiro esse utrũque latine atque usitate dicatur. Sed id posterius magis oratorium est.
Perpetuo & in perpetum aduerbialiter p eodem. & eis frequẽter utimur.
Denuncio uerbũ cũ pulcherrimũ est tuũ præcipue epistolis cõgruit: significat. n. denuncio obligor: & diuictus sũ obligatus sũ sicut & sæpe obnoxius. quod nõ solũ trito more significat: qd noxiũ est sed ẽt deuictũ.
Collocare apud aliquẽ beneficiũ est alicui beneficiũ facere: ut apud gratos uiros beneficiũ collocasti.
Gratificor tibi hanc rẽ præclare usurpatur.
Et indulgeo uerbum est sane aptissimum & splendidi ornatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

quõd & datiuo iungitur: & ferme significat do operam: atq; ita exponitur: ut hic nimio somno indulget: id est nimis dormit: nimio cibo indulget: id est nimis comedit: nimio uino indulget: id est nimis bibit & de reliquis consimili pacto Indulgere est quasi concedere: & est uerbum quandam designans clæmentiam & indulgentem parentem appellamus leuiore erga filios ingenio: qđ ab ignosco plurimum differt. Liuius in primo ab urbe condita. Est enim ignosco parco do ueniam siue excusatum habeo. Ignosco tibi igitur siquid exempli gratia admiseris sceleris. Indulgeo uero ut multa agere impune nequeas quorum uerborum discrimen diligentissime consideratum est.

Tantus tanta tantum & quantus quanta quantum eomodo se habent in oratione: ut raro alterum absque altero ponatur: ut contio hæc tanta est quanta ante hac unquam fuit. Tribuis mihi tantum quantum nec agnosco: nec postulo. Tantum in te est doctrinæ quantum doctissimo solet inesse uiro: & ita de reliquis.

Talis & qualis alterutrum celeberrime ponitur raro utrunque Talem solemus sentire bonum uirum: & subintelligimus qualem dicimus econtrario. Orator est illustris: qualis alter nullus reperiatur: uerum de his satis.

Vel pro etiam particula multis in locis rectissime congruit: ut Hanibal fuit imperator uel omnium primus t Tua eximia uirtꝰ ut te amem uel maxime impellit.

Versor uerbum in frequentissimo est ueterum ac discertorum hominum usu perdiffusaque est eius uerbi significantia ac uariis potest denique rationibus exponi: ego uerso in litterarum studio idest do operam litterarũ studio: uirtus circa difficile uersatur est uirtus in difficili consistit. Versamur i tenebris: ẽ fere su

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

mus ac uiuimus & quasi stamus in tenebris: & quod ẽ exẽplis superioribus declaratum duos sibi plærũq; ac frequẽtius casus postulat: Nam aut accusatiuo iungitur præposita circa aut ablatiuo in precedente quoniam ante fundum uersari & ad portam uersabatur perraro dicta sunt. Sed quẽadmodum cæteris rebus ōmnibus ita huic quoq; summa adhibenda est diligentia.

Nonnunquam duæ particulæ ornatissime coniunguntur: quarum eadem sit utriusq; significatio ut enim uero: nam expellenda sententia altera dũtaxat sufficere poterat: & similiter sinat sæpe dicimus causa expellendæ sententiæ: eo in loco particula autem nullam omnino uim habent. Sin enim significat sed si. Quoad pro quousq; & pro quando non minus ornate ponitur quam latine: ut uolo in urbe esse quoad tu redeas: & ita de similibus.

Suscipere non solum quod tritum uulgatumq; est supra se accipere & quodamodo adducere aliquid: sed etiam perornate in epistolis commendatum habere: ut sic suscipe Caium Cæsarem in suis rebus aduersus quæ utique postrema significatio: aut quamquam si quis inspiciat accuratius a priore illa aliena est. Optima illa quoque oratio est: ut positiuo cuipiam adiuncta negatio: contrarii positiui uim ac significationem teneat: sed non ita plene tamen & cumulate illam expleat cuius rei exempla subiiciam. Hic uir est haud improbus significat enim fere hunc hominem probum potius quam improbum esse habendum & si philophus haud ignobilis Histrio non illepidus miles non instrenuus. Cuius haud quanquam malus. Nam in his eorumq; similibus rectius atq; usitatius dicitur quanuis laudis cuiusdam est: sed quasi si diminute & fraude laudis.

Quod grammatici frequenter dicunt: peto te hanc rem ornatius: nec minus latine dici potest: peto a te hanc rẽ: id plurimum cicero in epistolis consueuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Conficior passiua uoce crebro usitatum est: quod co ferre quod est per co. & confectus sum idest consumptꝰ: ut uir inops ac miser: fame: frigore: dolore conficitur & sic amnis æstate æstu conficitur atq; memore labore: senio confectus: & de aliis permultis itidem.

Ablatiui casus non participiorum solum uerum & nominum aliorum in oratione perconcinne ponuntur, præsertim si qua fuerit significatio temporis; & de participiis quidem manifestum ē ut regnante Octauiano Cæsare parta est uniuerso orbi pax; qua si qua tempestate regnabat Octauianus Cæsar; & alia Dionysio siracusis tyrannide gerente: grauissima in sicicilia bella sunt gesta idest quo tempore siracusanorum Dionysius tyrannus erat; sed eodem quoq; modo aliqua quædam sic habent nomina maxime uero si dignitatum atq; honorum extiterint: ut Cornelio & galba ædilibus curulibus actæ in theatro fabulæ sunt. Quidā addunt participium existentibus sed nos prohibeamus quod ad uenusta tē oronis ptinet addi oportere. & itē Scipione cōsule pene deuicti sūt ascipiōe impatore euersa ē numātia; & reliq̄ eiusmodi pariter

Licet tam grammaticæ q̄ oratoriæ genitiuos quorumcunq; casualium cum possessiuis quocunq; casu prælatis cōiungere quod & priscianus tradit: ut mea causa uenit & cæterorum amicorum Meum agrum. &. M. Antonii populati sunt. Tuo amico ae fratris gratificare: tum imperatorem sectare & commilitonū. O noster & fratris amice. Sua illa confidit & ciuium prudentia atque ita figuratur constructio in omnibus possessiuis. hinc Terentianum illud. Præsidio meo atq; hospitis: idq; pœnitus inspiciendū sit. Quin etiam discretionis seu abundantiæ cuiusdam gratia solet addi cum genitiuo possessoris & nominatiuus possessiuus Vt suus est. C. Cæsaris mos idest eius mos & non alterius. Suus tu tii filius hæ res testamento constitutus est. Suus ut ipse quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Priſcianus exponit ad diſcretionẽm eius qui ſecũdum leges ſuus non eſt: ideſt ubi poteſtate patris legitimi nón eſt. Suus autem pro uniuſcuiuſq; proprio accipitur: quod ipſum apud uiros etiã eloquentiſſimos frequens eſt.

Die quarta: ut Nonius marcellus teſtis eſt & die quarto: nõ idẽ ſignificant: ſed maſculino genere præteritum deſignatur tempuſ fœminino futurum quod uetuſtiſſimi tamen alter protulerunt: ut ſi die quarto pro eo quod alter nudiuſquart9 dicitur nudiuſtertius: & itidem de aliis. Tua cauſa feci: & tui cauſa feci: ne præter ueterum ac doctorem conſuetudinem: aliquid efficiamus inter ſeſe aut mediocriter diſcernũtur. Nam tui cauſa tunc dicimus: ſi quid ei ad quem ſermonem uertimus præſtiterimus: ut tui cauſa ad Antonii caſtra profectus ſum quod eſt tuẽdi tui gratia ſed tua cauſa: cum tua: ut ita dixerim contemplatiõe aliqd alteri præſtiterimus ut tua cauſa fratris: tui cauſa egi. Et quia aliqui de iis q̃ ad poſſeſſionem ſpectant locuti ſumus. Haud ab te fuerit differentiam eam proferre in medium quæ inter genitiuos eſt primitiui: & poſſeſſiui mei tui ſui noſtri & ueſtri: quam tamen Priſcianus pulcherrime attigit. Vox nanq; eadem eſt a tuis ipſa longe diuerſa: cum genitiuis primitiui ſimplicẽ ſignificat poſſeſſionem poſſeſſiui uero duplicẽ: ut mei amicus eſt. ideſt me9 amicus ſed mei filii amicus duplicem habet poſſeſſionem. alteram meam in filio alteram filii in amico quod eo ſubiicimus ne cum ornatum inquirimus. uerborum uim ignoremus ipſam atque in errorem quẽ piam imprudentes incidamus. Sed inſtituta proſequamur.

Hæc res mihi in mentem uenit: dicitur & cum genitiuo huius rei mihi in mentem uenit: nec mihi curæ eſt an pro nominatiuo genitiuus poſitus ſit. utrunque uero non ſolum poetæ. ſed etiam Marcus Cicero uſurpauit.

Oratores ſicut & poetæ perſæpe & præſentibus temporibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

utũtur pro præteritis nonnunquam & profuturis.

Verum id quidem multo rarius; sed econtrario aut crebro fit nisi forte in quã uerbũ quod futuri tpis est præteriti loco uel præsenti accipiamus. sed multa quæ super his dici possunt i aliud potius tẽpus seruamus. Similis est plenus nomina. i. quorum primus ẽt datiuo iungitur.

Posterius etiam ablatiuo. oratores ut plurimũm ac fere semp genitiuo coniungunt. ut similis est tutorum maiorum dignitatis officii plenus nonnũquam uero est perraro proferuntur cum superioribus casibus.

Sæpenumero maioris significantiæ causa uel ornatissime imperatiuis subiunctiua iunguntur; quid Cicero efficere sæpe solebat quale est illd: cura ut uir sis; & alio in loco scribens ad filiũ. Effice & labora ut excellas;

Decurritur spatium. Cænatur rhombus. Prandetur turtur; cũ similia pulcherrime dicuntur atq; sicut absoluta interdum uerba obliquis casibns adiuuguntur. Ita transitiua quoque licet non nunquam non solum pro grammaticorum more. sed etiam pro oratorum consuetudine absolute proferre; præsertim uero si q̃s sui passio cum actione ipsa significatur. qualia sunt amo. lugeo; rideo metuo; quæ tamen transitiua sunt tunc absolute proferuntur.

Quæ in bundus ẽxeunt nomina. non tam similitudinem significãt; quid plerisq; arbitrantur quam abundantiam quandam potius ac uæhementia; ut gloriabundus non tam glorianti similis. quam abunde sese uæhementer quæ efferens quam opinionem eloquentiam. ac eruditissimorum homnium ubiq; testimoniis comprobatam tu quoq; firmiter amplectere. Nam ut omittam alios. Aulus gelius probatissimus auctor ex sententia quoquæ doctissimi Appolinaris, lætabundus dicitur inqt q lõgo atq; abũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

dantiin errorem eſt: & tu quoq; ita iiſdem utere noibus. Fretus ta tũ; incerte originis & ablatiuo iunctũ pulcherrimũ ẽ & ſignificat ferre cõfiſum ac munitũ; ut ueſtra hũanitate fretus. ueſtra fretus ſapientia non mea uirtute fretus.

Certiorẽ facere uſitate atq; frequenter in epiſtolis uſurpant. Nam facio te hac de re certiorẽ. eſt tibi ſignifico hãc rẽ ut ſæpiſſi me ueli me de tua ualitudine facias certiorẽ.

Habeo uaria conſtructione figuratum. plurimum ornatus habet. ut bene hæc res ſe habet; quod eſt ferre; ut ita dicam. ſtat bene hæc res. Et ita bene habeo me; & cum participiis bene me habens rẽdeo rure. & cõtrariũ aduerbiũ ſimiliter ei uerbo iungitur quod eſt male.

Participia ſæpenumero futuri temporis ornatiſſime uſurpant ut ſcripturus ſum ad Scipionem litteras. quod eſt fere debeo ſcribere. & alia; Tu ad ædes eras iturus es. quaſi ire debes. Cicero eſt athenas profecturus debet athenas proficiſci; Plancus in Cyprũ traiecturus eſt fere nauigare debet in ciprum. quod iccirco ita expoſuimus. quoniam is proprie nauigare is tranſmitere. is ſoluere eũ locũ ſignificat; uñ ꝓficiſcimur is demũ traiicere dr̃ qđ calcẽ deſignat qui rate uehitur. Cicero ſoluit athenis. & in aſiã traiecit; ueꝝ ad ꝓpoſitũ redeundũ eſt.

Ille igitur participia quæ a uerbis paſſiuis manãt & paſſiue quoq; expõni debent. ut cuius inſans animus eſt mulctandis non eſt ideſt mulctari & puniri non debet. Sontes accuſandi ſunt .i. accuſari debet. Vir. flagitioſus trudendus eſt in carcerem. coniicẽdus in uincula. & alia reliqua exponantur. ut ſupra diximus Nec tamen negauerim quin eorundem participiorum alia quoq; rõ ſit. Sed ea nos modo proſequimur in præſentiarum; quæ ue nuſtius eloquium reddunt.

Quid repeto nonne pulchre ponitur. ſiquid ei acceſſerit. neq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

acculatiuus ſolus caſus. ſed etiam ablatiuus; ūt repeto hanc rem memoria. quid non teneo memoria ſignificat; ut permulti exſtimant; ſed potius memoria uoluto; reminiſcor. & quaſi obliuioni traditam rurſum inueſtigo memoria; hoc nos uti uerbo oratiſſime poterimus quoniam eodem & ueteres eloquentiſſimi frequēter uſi ſunt. Hinc illud Ciceronis in libro de oratore. Cogitāti mihi & memoria uetera repetenti. & Africanus a Menio accuſatus tribuno plæbis quod ab Antiocho pecuniam accepiſſet. commodiſſime eo uerbo uſus; memoria inquit quirites repeto hunc diē hodiernum eſſe. quo annibalem penum inimiciſſimum huic imperio uici in terra affrica; & pacem nobis ac uictoriam pēperi in ſeparbilē uerum captus ingenti uoluptate lōgius in affricam uerbis referendis progreſſus ſum.

Quamobrem ad noſtrum inſtitutum ſe referat oratio.

Optimum factum fuerit ne eiſdem aut modis orationis aut uerbis utamur: & quod initio diximus uaria plurimū probatur oratio; & ſi ueluti quibuſdam floſculis aſpergitur. ut pro mori diem obire mortem appetere; animam expirare; uita decedere; uel excedere uita; animam efflare; uita defugit; rebus humanis excedere; ex uita migrare; res deſerere humanas exire de nita; mortem obire. interiere; occidere. conſimiliaq; Et item pro uiuere. Viuere uitam; uitam agere. degere ætatem; & ne ſingulari cuncta conplectar; illud quoq; hoc in loco animaduertendum fit. quod ſicut ſæpe dicimus ludo ludum; pugno pugnam; ſeruio ſeruitutem; dolo dolorem. & ſimilia; ita interdū uiuo uitam uiuo fœlicem ſeu miſeram uitam. ut ſi quis dixerit. qui expeditam uirtutem fuerint conſectati; hi uiuent beatam atq; immortalem uitam. & qui præclarum certamen certauerit; ampliſſimis muneribus donabitur Et quid de uariis dicimus orationis modis. idipſum de ſinguliſ p tibus intelligendum ſit; ut pro oro; rogo; precor; obſecro; obte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

ſtor: pro quaſi penæ: ferme: ferre & ālia tuipſe coniectā.

Id genus pro eius generis: quod fere ſimile nomen exprimit pulchre & uſitate dicitur multa ſunt: id genus monſtra de multis id genus rebus loquuntur quod iterum eſt in ſimilibus: & ita in aliis.

Ex ſententia quaſi ſecūdum uoluntatem: & proſperē: ut geſta res eſt ex ſententia quod eſt pro ut optabam: & id tibi euenit ex ſententia: & multis in locis conſimiliter.

Inferre iniuriam quaſi iniuriam facere. Manus inferre alicui eſt aliquem pulſare. Impetum in quēpiā facere ē ferire cū impetu quem piam & quaſi ui adoriri & irruere.

Dare ueniam pulcherrimum eſt ignoſcere & licentiam concedere:

Ab intio ætatis habuit te. i. nicum: a teneris annis a paruulo a primis ætatis temporibus: a teneris: ut greci dicunt unguiculis a cunabulis ipſis amicitia mihi tecū eſt. & huiuſmodi. Liuius ætas pulcherime adoleſcentiam ſignificat.

Ferire fœdus optime atq; optimus cauſis & fecialiū conſuetudine ſignificat fœdus componere ut per ſæpe ictum ſeu percuſū fædus eſt conſtitutum & compoſitum.

Eſt enim nomen Scipioni: Scipioni cōgnomē Affricano fuit Cui pago troiano nomen erat: & ſic dē reliquis datiuo caſu perusitate dicitur ac pulcherrime quæ eodem & aliis quoq; modis dicuntur: ſed frequentius modos ſuperios apud eloquentes & doctos iuros inuenies.

Quum tritum uerbum uolumus oſtēdere: & quod in ore populi eſt utimur uel impersonali fertur uel perſonali uerbo aiūt & nōnūquā dr: & ut præponimus exempla ſunt hmōi. Nam ſirenes ut aiūt ſurda debemus aure tranſire: & item nā ita fec: ut nuſquam tuta ſit fides: item minime turpe ē, quod dicitur tum ultu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

antem de gradu eiici.

Nonnunq̃ & ita dicimus; noctem super mediam uigilauimus. quod est ultra mediam noctem; idq; & Seruius ipse testatur; & quorundam ueterum comprobat auctoritas.

Contra sermonem tuum tendo idest respondeo tibi; sicut & tẽdo coutra interest tibi occurro; sed hoc aut in frequenti usu oratorum inuenies.

Macte magis aucte & gloriæ ac laudis sermo; & plærunque ab latiuo iungitur ut macte uirtute esto idque; & poetæ usurpant & scriptores historiarum; & demũ oratores ipsi; qui sermo ut multi eruditissimi tradunt a sacris deductus est.

Quotiens alicuius explicaturi sumus siue genus seu locum; gentile ac patrium nomen effingimus; quod qui secus effecerit fortasse haud latinæ locutus sit, sed illepide pœnitus atque indecore; ut qui fuerit a syracusis oriundus non de syracusis dicendus; sed syracusanus est; non de athenis; sed athenienſis; non de Clusio; sed Clusinus; atque in generibus & familiis non de de cum ablatiuo utimur; ut multi; sed inde nomen effícimus; ut non de Scauris sed Scaurus; non de Gracchis sed Gracchus non de Catulis; sed Catulus; non de Dattis; sed Dattus; quam quidem ad rem id merito afferendum sit; quod Plynius ipse aiebat; quod deriuationes firmas non habent regulas; sed exeunt terminaturque uti ipsis auctoribus placet; sicut a tauro taurẽum & taurinũ dicimus; & quos nos Romanos dicimus dicunt græci Romeos; quos nos Carthaginenses illi carchidonios. sed in ensis in us atq; in as, quæ ad loca pertinent frequentiores terminationes sunt; ut Albanensis; Cremonensis; clusinus; lacæmoniis; mithilenus; thebeus; corinthius syracusanus; thebanus; arpinas; & sarsinas. Alii quoque sunt eorundem nominum exitus; sed hi frequentiore usu celebrant; quod idẽ i quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

dam aliis fit: quæ nēq; generis nominibus finxere: neq; loci ulius ut Terentiāus Chremes Prodichius Hercules Platonicus Gigel Socraticus Gorgias: quæ omnia a propriis profecta sunt atq; ortiginem traxere: sed quæ alia de re dici possunt tuiipse cogitatione complectere.

Conor hanc rem optime ac uenuste dicimus præsertim si difficilior fuit & ardua: quo pacto Cicero sæpe utebatur: ut de perfecto oratore. Magnum opus & arduum. arduum brute conamur & studeo siquid studiosius effecturi sumus: Etiā accusatiuo pulcherrime iungitur desidero uerum pulcherrime positum. Nam cum desiderium sit absentium rerum: sæpe dicimus desidero amorem tuum: idest tu non me amas: desidero prudentiam tuam quasi sis inspiciēs: & ita de aliis.

Complector perdiffusum est atq; ornatum uerbum præsertim uero aliquibus additis hac ratione: ut te amore atq; beniuolentia complector quod est te amo. Cogitatione complector. quod est cogito: & idest animi: sic complector re est facultate consequor: & est rei ipsius.

Illud ignorandum non est quod gerundiuus modus ab omni uerbo similiter procreatur si quando nobis eo opus foret ut cantando rumpitur anguis. Est enim ut ait Seruius dum cantatur & alio loco actiue dictum est ut cantando tu illum rumpis idest dū cantas id efficere oratores atq; usurpare queunt.

Putant nonnulli nil interesse si quis dixerit quarto p̄tor: & quartum ptor: & sic de cæteris: sed magna est differentia: ut. M. Var. testis ē: nā quarto p̄tor locū significat & res ante factos: quartū uero prætor designat tps. Caue igit diligenter ne ppetuam hisce utaris rōnibus: ne qd cōtra uetere atq; eloquentiū morem cōsuetudinemq; faciamus quia tertium consulat tertio consul non idē significat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Sed ne iam plura ſequar nã infinitæ pœnæ huiuſmodi ꝓcipi ſo//
lent. Id tene memoria: quod non rure eſſe: ſed ruri dicimus quod
tum Põ. Feſtus aſſirmat. tum. P. Terentius comprobat ait enim
Ruri ſe continebat: quamobrem ſi qúa iam reliqua ſũt paucis ex
pediamus. Nam cum pro conficiendis epiſtolis: hæc potiſſimũ
attigerimus ſi ſaluat omnis formula & calendarum iduum nona
rumq; obſeruationem patefecerim iure huic paruo inſtituto finẽ
ac modum ſtatuemus.

Vale igiẽ ac ſalue uerba. M. Varronis & omnium doctiſſimo
rum ſententia idem ſignificare uidẽtur qbus nos alias in ſalutan
do alias in execrando utimur ex'quo & Terentianum illud eſt.
Valeant qui inter nos diſſidiũ querũt ac mortuis quoq; qui mor
taliũ uita deceſſerũt quib9 nullã huiuſce lucis ſalutẽ optare poſ//
ſumus nõnunquã uale dicimus & ueteres ipſi quondã iiſdẽ idem
uerbũ ꝓ more dicebãt quaſi nil amplius ſibi uiuentibus cũ mor//
tuis futuꝝ eſſe & in perpetuũ ab eoꝝ iã aſpectu diſcederent: nã
neq; ualent illi neq; ſalui eſſe poſſunt ab eandẽ rẽ addunt nõnulli
bene aduerbium fœliciterue & ſiqua ſunt ẽiuſdem modi ſignifi//
cantiæ uerũtamẽ in epiſtolis ipis plærunq;. n. ad amicos mittim9
uale in fine dicere conſueuimus abſq; ulla aduerbii acceſſione ꝓ//
inde atq; ai eis uitæ ſalutẽ ac fœlicitatẽ exoptamus.

Quid igitur uale ſi querat quoq; pacto utendũ ſit noſti: pro ſa//
lute autem nos dicimus ſalutem dicõ & quem ſalutari cupimus
datiuo caſui aptiſſime poſuerimus: ut uale & Cæſari dic ſalutem
Alia quoq; erit ſalutãdi rõ ut iube. ſcipionẽ ſaluere qd' ẽ ſcipionẽ
ſaluta. Nã his modus uí'quãdã deſiderii cõtinet: & ꝓ antiquorũ
cõſuetudie ifinit9 modus in aliũ trãſit: ut iubeo te ſaluere. i. ſalue
iubeo te gaudere pro gaude. Quod uero alii ex mea parte dicunt
multo qdem ornatius uel meo nomine uel meis uerbis.

Quotam aũt cuiuſq; mẽſis diẽ uolumus itelligi calendis nonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

díbuſue notamus neq; quid ille ſibí ūelínt explícarí nunc conſílí ium eſt. Sed quo pacto ſingulorum menſium díes ad eís annotationem ſuſcípiunt. Q uãobrem íntellígẽdum primis eſt primos cuiuſq; menſis díes calendarũ appellatione notati ſecundũ quas nonarum díes conſtítuunt & in alíis quídem menſíbꝰ ſexta luce. Martío Maío Iulio Octobrí. In alíis aũt quarta Ianuarío Februarío Aprílí Iunío Auguſto Scptembri nouembrí & Decẽmbrí. Atq; oẽs hi díes quí inter calendas & nonas interceſſerint. nonarꝝ cognowínatione cenſentur. ubí & numerum meminerímús. ac nonas ípſas & calendas ablatíuo caſu cõſtítuímꝰ has accuſatíuo ſed inter numerandum & præpoſtero utemur ordíne & nonarũ díem cõnumerabímus. At nonís exactís proximos octo díes. íd que in quo menſe ſímíliter & íduũ cognominatione ſignificabímus ſed pari ratione. tum ordínís tum ānumeratiõís. relíquas uero eius mẽſís quot ſupfuerít díes calẽdarꝝ appellatiõe notabímus quæ futuri ac ꝓxímí ſínt mẽſís. neq; ordínís neq; anumeratiõís ratione ímutata. atq; íd oẽ exẽplõ illuſtrãdũ eſt cuius curriculum uno ac trígeſímo díe conficitur.

Príma ítaq; dies calendæ erunt martíí.

Secunda	Sexto nonas martíí.
Tertía	Q uínto nonas martíí.
Q uarta	Q uarto nonas martíí.
Q uínta	Tertío nonas martíí.

Sexta non ſecundo nonas dícitur. Sed prídíe nonas. & íta in ídíbus atque calendís.

Septíma díe	Nonæ erunt martíí.
Octauo	Octauo ídus martíí.
Nona	Septímo ídus martíí.
Decíma	Sexto ídus martíí.
Vndecíma	Q uínto ídus martíí.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Duodecima	Quarto idús martíi
Tertiadecima	Tertío ídus martíi
Quartadecima	Prídíe ídus martíi
Quintadecima	Idus erunt martíi.

Sextadecía ſeptíodecío calẽ. apri. qm̃ is mẽſibus ꝓxímí cõſequitẽ

Decimaoctaua	Quíntodecímo calen. apríles.
Decímonona	Quartodecímo calen. apríles.
Vígeſíma	Tertíodecímo calen. apríles.
Vígeſímapríma	Duodecímo calen. apíl.
Vígeſímaſecunda	Vndecímo cal. apri.
Vígeſímatertía	Decímo cal. apri.
Vígeſímaquarta	Nono cal. apri.
Vígeſímaquínta	Octauo cal. apri.
Vígeſímaſexta	Septímo eal. apri.
Vígeſímaſeptíma	Sexto cal. apri.
Vígeſímaoctaua	Quínto cal. apri.
Vígeſímanona	Quarto cal. apri.
Trígeſíma	Tertío calendas apríles.

Trígeſímapríma & notíſſíma prídíe calen. apríles & ín ceteris oí bus eadẽ ſeruauda eſt: dieꝝ ãt nũerus haud te lateat q ín prõptu ẽſt oíbus: prídíe ãt cal. prídíe nonas prídíe ídus dr; & ſignificatur qđ uetuſtíſſímí dícebãt. díe príſtíne ꝓ aduerbío qđ ſignificat díe príſtíno: ſíc & peruetuſto moreíde craſtíní & díe quintí & díe quínto ſímíl ter ꝓ aduerbío. Veꝝ nos príſcã nímís & horrídíorẽ uetuſtatẽ ubíq; fugere ac uítare debemus: ut bñ & p̃clare cæſar p̃cípere ſolebat tanq̃ ſcopulũ ſíc fugiendũ eſſe ínãdítũ atq; ínſolẽs uerbũ: ꝓgenítíuís ãt menſíũ rectíꝰ poſſeſſíuã fínxerímus noía: ut ꝓ cal. mar. cal. martías díxerímꝰ & íta apríles maías íunías íu lías aut qntiles auguſtas ſeptembres & íta íãuarías & februarías Q đ' ãt í calẽdís nonís ídíbuſq; ablatíuo íungímus ídẽ poſſumus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

in actum transferre; & ad præponere sed id significat tempus fe-
re diuturnum ut decimo calēdas februarias dedisti ad me litterās
ego uero ad octauas idus ianuarias ad te scripseram, habet enim
uim temporis uæhementer hoc posterius.

Ne igitur plura scribam hæc mihi in præsentiarum sese obtu-
lerunt quæ ānotatu digniora uisa sunt. quæq; tibi multo plus for
tasse conducent; quam illorum præceptiones qui easdem & epi-
stolis & orationibus partes tribuunt; quorum penitus eripiēdus
est error atq; ita sciendum ut in litteris ipsis apte; concinne, luci-
deq; scribamus; ac nostram sententiam atq; mentem quam com
modissime aperiamus; Quod cum hac diligenter tenueris ex in
finito pene earum rerum numero alia quædam non minus for-
tasse utilia. sed multo grauiora subnectam. Quamobrem ut cu-
pidissime facis, studia litterarum complectere & que in die, asse-
quere, ad exercitationem accommoda. Valle.;

Expliciunt elegantiolæ Augustini datti impressæ Venetiis per
Ioānē decereto de Tridino alias Tacuinū, ano dñi, M.CCCC.
XCVIIII. die. XXVI. Aprilis, Regnāte inclito prrincipe Au
gustino barbadico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Cust. A.1